

Passio

II

Primaz derelinquit peccator: pactū quod fecit cum domino in baptismo preuaricando.

Secundam: precepta que sibi data sunt contemnendo.

Tercia a se effundendo: et se ingrati exhibendo. et ob hoc merito puniuntur. quia contemptis vitis: mortiferas bibunt: quas dominus venit desiccare. sicut predictum est osee. xiiij.

Siccabit venas mortis et desolabit fontem eius. Bene mortis sunt luxuria. superbia. auaricia. Luxuriam desiccavit in incarnatione. quia de virgine conceptus et natus. Superbia in conuersatione. quia humiliter inter homines conuersatus. Auariciam in passione. quia se totum ibi effudit. et in nostros usus expendit: dando carnem suam in cibum: et sanguinem suum in potum. animam suam in precium. spiritum sanctum in adiutorium.

In die palmarum.

Epistola: **Philippen. ij.**

Patres hoc sentite in vobis. quod et in christo ihesu. Qui cum in forma dei esset non rapinam arbitratus est esse se equalem deo: sed semetipsum exinanivit: formam serui accipiens in similitudinem hominum factus. et habitu inuentus ut homo. humiliavit semetipsum factus obediens usque ad mortem. mortem autem crucis. propter quod et deus exaltavit illum: et donauit illi nomen quod est super omne nomen ut in nomine ihesu omne genu flectatur. celestium. terrestrium. et infernorum. et omnis lingua confiteatur

domini

727

quia dominus ihesus christus in gloria est dei patris.

Passio domini nostri ihesu christi. **Mathei. xvi.**

In illo tempore. dixit ihesus discipulis suis. Scitis quia post biduum pascha fiet. et filius hominis tradetur et crucifigatur. Tunc congregati sunt principes sacerdotum et seniores populi in atrium principis sacerdotum qui dicebatur cayphas: et consilium fecerunt ut ihesum tenerent et occiderent. Dicebant autem. Non in die festo. ne forte tumultus fieret in populo. Cum autem esset ihesus in bethania in domo symonis leprosi: accessit ad eum mulier habens alabastrum unguenti preciosi. et effudit super caput ipsius recubentis. Advidentes autem discipuli indignati sunt dicentes. **At** quid perditio hec adocuit enim istud venditari multo: et dari pauperibus. Sciens autem ihesus ait illis. Quid molesti estis huic mulieri. opus bonum operata est in me. Nam semper pauperes habetis vobiscum. me autem non semper habebitis. Dicens enim hec unguentum me fecit. Amen dico vobis. Ubique predicatum fuerit euangelium hoc in toto mundo dicetur. et propter hec fecit in memoriam eius. Tunc accessit vnus de duodecim: qui dicitur iudas scarioth ad principes sacerdotum et ait illis. Quid vultis mihi dare: et ego vobis eum tradam. **At** illi constituerunt ei triginta argenteos. Et exinde querebat oportunitatem

o. i.